



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Indvstria Spiritvalis**

**Spee, Friedrich von**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.**

Reverendissimo In Christo Patri atque Amplissimo Domino, D. Ioanni  
Münch/ Celeberrimi Monasterii S. Nicolai in Bravwiler, Ordinis S. Benedicti  
Abbati dignissimo, Domino & Patrono suo obseruandissimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43756**

REVERENDISSIMO IN CHRISTO  
Patri atque Amplissimo  
Domino,

D. IOANNI Münch/  
CELEBERRIMI MONASTERII  
S. NICOLAI IN BRAVWILER,  
Ordnis S. Benedicti Abbatij dignissi-  
mo, Domino & Patrobo suo  
obseruandissimo.

**R**ecet sensit magnus ille Grego-  
rius, dum sacrificium nullum  
Deo gratius esse dicit Zelo ani-  
marum, de eiusmodi sacra-  
cis & Zelatoribus praeuidit ac  
prouidit Ecclesiæ suæ semper Deus benedictus,  
eius Sponsus, Pastor & Pater, hocq; fine tot si-  
bi sacratos excitauit ordines, inter quos mi-  
nimus iste noster Grex Seraphicus à Patre suo  
\* 2 edoctus;

edoctus; non sibi soli viuere, sed & alijs proficere, vt sciant mortales, quæ sit voluntas Dei bona, perfecta & beneplacens, ea est sanctificatio nostra.

Quem Zelum magni nostri Eliæ Sancti Patris Francisci imbiberunt filij & Nepotes filiorum Antonij Paduani, Bonaventuræ, Ludouici &c. adeo exæstuantes diuini amoris igne, imo quasi ebrij musto deificæ charitatis, vt multi pro salute proximorum vitam & sanguinem re, omnes voto fuderint. Hisce sanctissimis viris mihi facem præferentibus post limina ipsos secutus, volui, & si non affectu simili, supparitamen, solaq; intentione honoris Dei & Zelo salutis animarum, spiritualem quandam dare industriam, quæ praxis facillima ostenditur breuiuscule tempore ad Confessionem plurimorum annorum.

Vestra igitur Reuerendissima Dominationi post Deum spiritualis huius industriae opusculum dedicare & offerre volui, ac debui, tum, quia vt Deo, sic Reuerend. Dominationi Vestra gratissimum scio hoc Zeli anima-

animarum sacrificium, tum, quia expostula  
 bant magna & multa in ordinem nostrum  
 seraphicum congesta beneficia & merita.  
 quibus & ego allectus supplex ad Reuerendissimam Dominationem Vestram venio, hoc  
 enixè rogans, vt zelum zelantis serui sui  
 & qui consulat, eaq; verè paterna protectione  
 & Clementia, quā solet Ordinem nostrum  
 sibi commendatum habeat, nos in eo toti  
 erimus, vt talem tantumque Dominum ac  
 Patrem, nobis & bonis omnibus Deus bene-  
 dictus diutissimè conseruet ac sspitet, Sic  
 voueo & ex animo appreco.

Reuerendiss. Amplissimæque Do-  
 minationis Vestræ Seruus

F. Christophorus Leutbrewer  
 Minor. Conuent.